Solum absolue qui furtum reddere potuit
Si dominus seruo sua non det et ille laboris
Furetur precium fur non est nec furta tenetur
Reddere nam furti crimen confessio tollit
Furta sciens emens cum fure luet vel illud
De spoliis sentimus idem si non reperitur
Personas lesas peteris tunc pauperibus des
Nomine lesorum valet hoc animabus eorum
Si fur vel raptor quod eis dedas dare noluit
Hoc est si non dant quod pro furto dedas hiis
Non capitale tuum repetas ab eis quod iniusto
Iudicio perdis quod numquam lege dedisti
Si non emisti furtum spe restituendi
Ut sociam vaccam vel rem spoliatam
Pro tribus solidis emisti que valet octo
Tunc pietatis opus fac accipias solidos tres
Et reddas furta nisi hoc in mercatis scias
Qui bona naufragium patientis sine ruina
Tollit vel rapit ubicumque sit hoc mihi reddat
Est reus eterne pene precepta statute
Nec consuetudo terre nec principis illum
Excusant deponatur si clericus hic est
Gens inimica deo spoliatur iure vel hostis
Publicus atque quos nummis res impiatur
Quicquid ab hoste capis si iusta sit actio belli
Accipias licite nolo spolietur amica

License: cc-by-sa – Gent, Rijksarchief te Gent, Decanaal archief Oudenaarde, II. Charters, nr. 13, fol. [2]r – Adam Magister, <i>Summula metrice conscripta ex Raymundi de Penyaforti «Summa de casibus conscientiae»</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ol08/9001/67444)